-ris infantibus per quos tanta
ciuitas condenda fuerat de
aqua diuinitus liberatis ad
libertatem feram deus volu-
it subuenire quid mirum?
Amulio successit in re-
gnum latiale frater eius
numitor auus romuli cuius
numitoris primo anno
condita est roma. Ac per hoc
cum suo deinceps id est romu-
lo nepote regnauit. xxii

Ne multis morer con-
dita est roma ciuitas
velut altera babilon et ve-
lut prioris filia babilo-
nis per quam placuit deo
orbem debellare terrarum
et in vnam societatem rei publice
legumque perductum lon-
ge lateque pacare. Erant
enim iam populi validi
et fortes et armis gentes
exercitate que non facile
cederent et quas opus esset
ingentibus periculis et va-
statione vtrimque non paruo-
que horrendo labore superari.
Nam cum regnum assiriorum
totam pene subiugauit
asiam licet bellando sit
factum. Non tamen multum
asperis et difficilibus bellis
fieri potuit quia rudes
adhuc ad resistendum gen-
tes erant nec tam multe
vel magne. Siquidem post
illud maximum atque vniuersale di-
luuium cum in archa noe viri
soli euaserunt. anni non

multo amplius quam mille
transierant cum ninus asiam
totam excepta india sub
iugauit. Roma vero tot
gentes orientis et occidentis
quas imperio romano sub-
ditas videmus non ea cele-
ritate ac facilitate perdo-
muit quia paulatim cresce-
do robustas eas et belli-
cosas quaquauersum dila-
tabatur inuenit. Tempore
igitur quo roma condita
est israel habebat in terra pro-
missionis annos septua-
ginta.x. et viii. ex quibus
per vii. pertinent ad ihesum
naue. deinde ad tempus iudi-
cum cccxxix. ex quo autem re-
ges ibi esse ceperunt anni
erant trecenti lxii. et rex
tunc erat in iudea cuius no-
men erat achaz vel sicut
alii computant cui successit
ezechias quem quidem
constat optimum et pis-
simum regem romuli regnasse
temporibus. In ea vero hebre-
i populi parte que ap-
pellabatur israel regnare
ceperat osee. Cap. xxiii.

Eodem tempore nonnulli
sibillam erithream va-
ticinatam ferunt. Sibillas
autem varro prodit plures
fuisse non vnam. Hec sa-
ne erithrea sibilla quedam
de christo manifesta con-
scripsit que etiam prius in lati-
na lingua versibus male

Roma fuit con-
dita tempore achaz
regis iudee

nos